

## CURZIO RUFO, VII 4

*Erat in convivio Cobares, natione Medus, sed magicae artis—si modo ars est, non vanissimi cuiusque ludibrium—magis professione quam scientia celebrer, alioqui moderatus et probus. Is cum praefatus esset scire servo utilius parere dicto quam adferre consilium, cum illos qui pareant idem quod ceteros maneat, qui vero suadeant, proprium sibi periculum, "Natura", inquit, "mortalium hoc quoque nomine prava et sinistra dici potest, quod in suo quisque negotio hebetior est, quam in alieno. Turbida sunt consilia eorum qui sibi suadent. Obstat metus; alias cupiditas; nonnunquam naturalis eorum, quae excogitaveris, amor". Adicit deinde, quod apud Bactrianos vulgo usurpabant, canem timidum vehementius latrare, quam mordere. Tum consilium aperuit utilius Besso quam gratius: "In vestibulo", inquit, "regiae tuae velocissimus consistit rex. Ante ille agmen, quam tu mensam istam movebis. Scilicet, qua tu fugiturus es, hostis sequi non potest! Iter utriusque commune est, victori tutius. Licet strenuum metum putes esse, velocior tamen spes est. Quin validioris occupas gratiam dedisque te, utcumque cesserit, meliorem fortunam deditus quam hostis habiturus? Alienum habes regnum, quo facilius eo careas, incipiens forsitan iustus esse rex, cum ipse fecerit, qui tibi et dare potest regnum et eripere. Consilium habes fidele, quod diutius exsequi supervacuum est. Nobilis equus umbra quoque virgae regitur; ignavus ne calcari quidem concitari potest." Bessus et ingenio et multo mero ferox adeo exarsit, ut vix ab amicis quo minus occideret eum - nam strinxerat quoque acinacem - contineretur*

1. Nel corso del racconto, Curzio convoglia una serie di giudizi, alcuni espliciti, altri no, sulla vicenda e i suoi protagonisti. Cerca di evidenziarli.
2. Nel brano il parallelismo è certo la forma retorica predominante. Mettine in evidenza tutte le occorrenze che riesci a rintracciare.
3. Cobare nel suo discorso ama fare riferimento a immagini di vita pratica, molto pragmatiche, con un sapore sentenzioso e proverbiale. Fanne un elenco.
4. La proposta di Cobare è certamente inaccettabile, e sembra fatta apposta per provocare la suscettibilità di Besso (che è pari, del resto, a quella di Alessandro). Evidenzia tutti gli elementi che, a tuo giudizio, concorrono a questo effetto.
5. Nel brano non mancano i concettismi, che sembrano fare di Curzio (autore peraltro di incerta datazione ed identificazione) un degno autore dell'età di Claudio, un contemporaneo, all'incirca di Seneca, più che di Cicerone. Evidenziane qualcuno.